

Nec graecus canon applicat oblationem tamquam satisfactionem pro mortuis, quia applicat eam pariter beatis omnibus patriarchis, prophetis, apostolis. Apparet igitur, Graecos tamquam gratiarum actionem offerre; non applicare tamquam satisfactionem pro poenis. Quamquam etiam loquuntur non de sola oblatione corporis et sanguinis Domini, sed de reliquis missae partibus, videlicet orationibus et gratiarum actionibus. Nam post consecrationem precantur, ut summentibus prosit, non loquuntur de aliis.

Deinde addunt: *Ἐτι προσφέρομέν σοι τὴν λογικὴν ταύτην λατρείαν ὑπὲρ τῶν ἐν πίστει ἀναπαυσμένων προπατόρων, πατέρων, πατριαρχῶν, προφητῶν, ἀποστόλων* etc.¹. At *λογικὴ λατρεία* non significat ipsam hostiam, sed orationes et omnia, quae ibi geruntur. Quod vero allegant adversarii patres de oblatione pro mortuis, scimus veteres loqui de oratione pro mortuis, quam nos non prohibemus, sed applicationem coenae Domini pro mortuis ex opere operato improbamus. Nec patrocinantur adversariis veteres de opere operato. Et ut maxime Gregorii aut recentiorum testimonia habeant, nos opponimus clarissimas et certissimas scripturas. Et patrum magna dissimilitudo est. Homines erant et labi ac decipi poterant. Quamquam si nunc reviviscerent, ac viderent sua dicta praetextu luculentis illis mendaciis, quae docent adversarii de opere operato, longe aliter se ipsi interpretarentur.

¹) Die intercessio der Chrysostomus-Liturgie. Brightman, 387.

Und der griechisch Canon appliciert auch nicht die Messe als ein Gnugtuung für die Toten; denn er appliciert sie zugleich für alle Patriarchen, Propheten, Aposteln. Daraus erscheint, daß die Griechen auch als ein Danksgiving opfern, nicht aber als ein Satisfaction für die Pein des Fegfeuers. Denn es wird freilich nicht ihr Meinung sein, die Propheten und Aposteln aus dem Fegfeuer zu erlösen, sondern allein Dank zu opfern neben und mit ihnen für die hohen ewigen Güter, so ihnen und uns gegeben sind.

! Danksgiving

W 266

13

96 Falso etiam citant adversarii contra nos damnationem Aerii, quem dicunt propterea damnatum esse, quod negaverit in missa oblationem fieri pro vivis et mortuis¹. Saepe hoc colore utuntur, allegant veteres haereses, et cum his falso comparant nostram causam, ut illa collatione praegravent nos. Epiphanius testatur Aerium sensisse, quod orationes pro mortuis sint inutiles². Id reprehendit. Neque nos Aerio patrocina-

97 mur, sed vobiscum litigamus, qui haeresin manifeste pugnantem cum prophetis, apostolis et sanctis patribus scelestè defenditis, videlicet quod missa ex opere operato iustificet, quod mereatur remissionem culpae et poenae, etiam iniustis, pro quibus applicatur, si non ponant obicem. Hos perniciosos errores impro-

M 270 bamus, qui laedunt gloriam passionis Christi, et penitus obruunt doctrinam de iustitia fidei. Similis fuit persuasio inferiorum in lege, quod mererentur remissionem peccatorum non gratis per fidem, sed 'per sacrificia ex opere operato³. Itaque augebant illos cultus et sacrificia, instituebant cultum Baal in Israel, in Iuda etiam sacrificabant in lucis. Quare prophetae damnata illa persuasionem beligerantur non solum cum cultoribus Baal, sed etiam cum aliis sacerdotibus, qui sacrificia a Deo ordinata cum illa opinione impia faciebant⁴. Verum haeret in mundo haec persuasio et haerebit semper, quod cultus et sacrificia sint propitiationes. Non ferunt homines carnales soli sacrificio Christi tribui hunc honorem, quod sit propitiatio, quia iustitiam fidei non intelligunt, sed parem honorem tribuunt reliquis cultibus et sacrificiis. Sicut igitur in Iuda haesit

98 apud impios pontifices falsa persuasio de sacrificiis, sicut in Israel baalitici cultus duraverunt, et tamen erat ibi ecclesia Dei, quae impios cultus improbabat: ita haeret in regno pontificio cultus baaliticus, hoc est, abusus missae, quam applicant, ut per eam mereantur iniustis remissionem culpae et poenae. Et videtur hic baaliticus cultus una cum regno pontificio duraturus 'esse, donec veniet Christus ad iudicandum, et gloria adventus sui perdet regnum antichristi.

W 267

Die Widersacher ziehen an, daß etwa für Kezerei verdammt sein soll, daß einer, genannt Aërius, soll gehalten haben, die Mess sei nicht ein Opfer für die Toten. Sie behelfen sie sich aber mit ihren gewöhnlichen 5 Griffen, daß sie erdichten, unser Lehre sei von Alters her verworfen. Aber die Esel schämen sich keiner Lügen. So wissen sie nicht, wer Aërius gewesen oder was er gelehret hat. Epiphanius schreibt, daß Aërius 10 gehalten habe, daß das Gebet für die Toten sei unnütz. Nu reden wir nicht vom Gebet, sondern vom Nachtmahl Christi, ob das ex opere operato ein Opfer sei den Toten zu helfen. Dieser unser Handel betrifft 15 Aërium nichts. Was auch sonst aus den Vätern vor die Mess angezogen wird, belangt alles diesen Handel nicht. Denn die guten frommen Väter haben diesen greulichen, lästerlichen, antichristlichen Irrtum nicht 20 gelehret, daß die Mess ex opere operato den Lebendigen und Toten Vergebung Pein und Schuld verdiene. Denn dieser Irrtum vom opere operato ist ein 'öffentliche Kezerei wider alle Schrift, wider alle 25 Propheten und Apostel, und alle Christen sollen lernen, daß solche papistische Mess eitel schreckliche Abgötterei sein. Es bleibt aber in der Welt solche Abgötterei, so lang der Antichrist regieret und bleibet. Denn 30 wie in Israel ein falscher Gottesdienst ward angerichtet mit Baal, auch unrechte Gottesdienste waren unterm Schein des Gottesdiensts, den Gott geordnet hat: also hat der Antichrist in der Kirchen auch ein falschen 35 Gottesdienst aus dem Nachtmahl Christi gemacht. Und doch, wie Gott unter Israel und Juda dennoch seine Kirche, das ist, etliche Heiligen behalten hat, also hat Gott seine Kirche, das ist, etliche Heiligen unterm 40 Pabsttum dennoch erhalten, daß die christliche Kirche nicht ganz untergangen ist. Wiewohl nu der Antichrist mit seinem 'falschen Gottesdienst zum Teil bleiben wird, bis daß Christus der Herr öffentlich kommen und richten wird, so sollen doch alle Christen verwarnet sein, sich zu hüten vor solcher Abgötterei, und sollten lernen, wie man Gott recht dienen und Vergebung der 45 Sünde durch den Glauben an Christum erlangen soll, daß sie Gott recht ehren und beständigen Trost wider die Sünde haben können. Denn darum hat Gott gnädiglich

50

¹) Aërius, Presbyter aus Sebaste in Pontus, griff verschiedene Punkte im kirchlichen Ritus und Verfassungsleben an, u. a. die abergläubischen Vorstellungen von der Fürbitte für die Toten und die gesetzliche Fastenpraxis der Kirche. RE³ I, 232. ²) Pannarion haer. 75, 2. 3. 7. III 333 ff. 338 f.

³) non gratis [s. opere operato] per sacrificia ex opere operato, non acciperent gratis per fidem. Seit Ed. 1531. 8°. ⁴) Jer. 2, 8. 2, 26 ff. 17, 1 ff.

Interim omnes, qui vere credunt evangelio, debent improbare illos impios cultus excogitados contra mandatum Dei ad obscurandam gloriam Christi et iustitiam fidei.

Haec de missa breviter diximus, ut omnes boni viri ubique gentium intelligere queant, nos summo studio dignitatem missae tueri et verum usum ostendere et iustissimas habere causas, quare ab adversariis dissentiamus. Ac volumus admonitos esse omnes bonos viros, ne adiuvent adversarios defendentes profanationem missae, ne gravent se societate alieni peccati. Magna causa, magna res est, nec inferior illo negotio Eliae prophetae, qui cultum Baal improbat. Nos modestissime causam tantam proposuimus, et nunc sine contumelia respondimus. Quodsi commoverint nos adversarii, ut omnia genera abusuum missae colligamus, non tam clementer erit agenda causa.

25

<Art. XXVII.> De Votis Monasticis.

Apud nos in oppido Thuringiae Isenaco Franciscanus quidam fuit ante annos triginta, Iohannes Hilten¹, qui a suo sodalicio coniectus est in carcerem, propterea quod quosdam notissimos abusos reprehenderat. Vidimus enim eius scripta, ex quibus satis intelligi potest, quale fuerit ipsius doctrinae genus. Et qui norunt eum, testantur fuisse senem placidum et sine morositate gravem. Is multa praedixit, quae partim evenerunt hactenus, partim iam videntur impendere, quae non volumus recitare, ne quis interpretetur, ea aut odio cuiusquam aut in gratiam alicuius narrari. Sed postremo, cum vel propter aetatem vel propter squalorem carceris in morbum incidisset, accersivit ad se guardianum, ut suam valetudinem illi indicaret; cumque guardianus accensus odio pharisaico

sein Evangelium scheinen lassen, daß wir verwarnet und selig würden.

Wunderbar
Wohlweisend
sein Herr.

Dieses haben wir von der Messen kurz 99 gesagt, daß alle gottfürchtige, fromme, ehrbare Leute in allen Nationen verstehen müssen, daß wir mit allem treuen Fleiß die rechte Ehre und den rechten Brauch der Messen erhalten haben und daß wir des große, hochwichtige Ursachen haben, warum wir es mit den Widersachern nicht halten. Und wir wollen alle fromme, ehrbare Leute verwarnet haben, daß sie des großen Greuels und Mißbrauchs der Messen sich mit den Widersachern nicht theilhaftig machen, damit sie sich nicht mit fremden Sünden beschweren. Es ist ein großer Handel und eine ganz wichtige Sache. Denn dieser Mißbrauch ist nicht geringer, denn zu Helias Zeiten die Sache war mit dem falschen Gottesdienst Baal. Wir haben auf diesmal mit gelinden Worten und ohne Schmähworte diese Sache fürgetragen; werden aber die Widersacher nicht aufhören zu lästern, so sollen sie innen werden, daß wir ihnen auch härter zusprechen wollen.

NB

1. Kön. 18.
17 ff.

<Art. XXVII. Von den Klostergelübden.>

In der Stadt Isenach im Land zu Thüringen ist etwan gewesen für dreißig Jahren ein Barfüßermönch, Iohannes Hilten genannt, welcher von seinen Brüdern ist in ein Kerker geworfen, ¹ darum daß er etliche öffentliche Mißbräuche im Klosterleben hatte angefochten. Wir haben auch seiner Schrift zum Teil gesehen, aus welchen wohl zu merken ist, daß er christlich und der heiligen Schrift gemäß geprediget, und die ihn kannt ² haben, sagen heutiges Tages, daß es ein frommer, stiller, alter Mann gewesen ist ganz redlichs, ehrbars Wesens und Wandels; derselbige hat viel von diesen Zeiten prophezeit und zuvor gesagt, das bereit geschehen ist, etliches auch, das noch geschehen soll, welches wir doch hie nicht erzählen wollen, damit niemand gedente, daß wir aus Neid oder jemand zu Gefallen solchs fürbrächten. Endlich als er Alters halben und

11
11

¹) Dazu Luther in Ed. pr. D. a. R.: Hunc virum arbitror adhuc vivum aut recens mortuum fuisse, cum ego Isenaci litteris primis erudirer. Memini enim eius factam mentionem ab hospite meo Henrico Schalben cum compassione quasi vincti in carcere. Eram autem 15 aut 14 annos natus. Erat autem Henricus Schalben intimus istis Minoritis paene captivus et servus eorum cum tota familia sua. — Joh. Hilten (wohl Joh. Herwich aus Ilten b. Hannover) war, vielleicht wegen apokalyptischer Keßerei, zu lebenslänglichem Klosterkerker bei Wasser und Brot verurteilt. O. Clemen ZKG 47. 1928, 402 ff. H. Dolz ZKG 67. 1955/56, 111 ff.